



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvodlibet. XII. Continet Quæstiones XXII. Articulos vero XXXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

scientie, corrigendo occulte inter se & ipsum. Si autem ex hoc correctio non sequatur, tunc secundum ordinem euangelij debet secum adhibere alium, uel etiam referre ecclesie: nihilominus tamen & in hoc seruandus est ordo, ut si peccatum sit publicum, publice corrigatur: si uero occultum, occulte. & ideo dicitur. Si peccauerit in te frater tuus, id est te sciente solum &c. quantum ad occultum, quantum uero ad publicum dicitur. Peccantem, scilicet publice, coram omnibus argue.

Et sic patet solutio ad primum utriusque partis. Ad aliud uero dicendum, quod illud de constitutionibus ordinatum est, & seruari debet in his quae uergunt in periculum & detrimentum societatis & collegij.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum si aliquis sciat peccatum proximi, peccet mortaliter referendo illud statim prelato suo.

SECUNDO queritur, utrum si aliquis sciat peccatum proximi, peccet mortaliter referendo illud statim prelato suo. Videtur quod sic, quia facere contra ordinem euangelij est peccatum mortale: sed statim referre prelato est contra ordinem euangelij. ergo peccat mortaliter.

CONTRA est, quia hoc faciunt multi uiri perfecti qui nullo modo hoc facerent, si esset peccatum mortale. ¶ 2. Prælati possunt non solum de præteritis, sed & de futuro præbere cautelam, & ideo si eis referatur, non uidetur esse peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, quod uerbum Domini quod dicit Math. 18. de correctione fraterna, est intelligendum sicut alia uerba quae dicit pertinentia ad humanos actus, & seruari debet secundum quod dependet a charitate, & ideo dico quod si cum debitis circumstantiis intelligenda sunt. Sciendum est autem quod in criminibus tripliciter proceditur secundum iura, quia per inquisitionem, & hoc est in peccatis publicis, & non debet fieri nisi præcedat clamor congregationis. Item, per denuntiationem, & per accusationem, & hoc est in priuatis. Si autem procedatur per accusationem, tunc debet fieri præscriptio, quia obligatur accusans ad rationem, & in hoc intenditur ut finis bonum reipublicae, unde hoc potest fieri secundum uoluntatem siue publice, siue priuati. Si autem procedatur per denuntiationem, tunc debet præcedere fraterna admonitio, quia finis huius est emendatio proximi, & ideo debet seruari ordo fraternae correctionis. Vtrum autem statim cum quis scit fratrem suum peccasse, debeat denuntiare prelato, dico quod in his distinguendum est de conditionibus subditi & prelati. Nam si ego scio quod frater per me corrigitur, tunc non debeo hoc denuntiare prelato. Si autem uerum quod hoc melius fiat per prelatum, & prelati nihilominus sit pius, discretus, & spiritualis, non habens rancorem, seu odium aduersus illum subditum, tunc licite potest hoc denuntiare sibi, & tunc non dicit ecclesiae, quia non dicit ei sicut prelato, sed sicut personae sufficienti ad correctionem proximi & emendam. Sed quia per conditiones diuersas prelatorum & subditorum, non potest in hoc dari generale iudicium, quia aliqui prelati uel mouentur ad odium aduersus subditum, uel subditus non bene ferret uerba prelati: ideo tenendum est hoc pro regula, quod in omnibus istis seruanda est charitas, & quod melius & magis expedire uerum, & si hoc intendat, scilicet emendam proximi, seruet quantum potest bonum charitatis, tunc denuntians non peccat. Si uero denuntiet cuiusque personae hoc ex malitia, & ut proximus confundatur, uel deprimatur, tunc denuntians, siue accusans peccat mortaliter.

AD PRIMUM ergo dictum, quod si statim aliquis referat prelato adhibens debitas circumstantias, & considerans magis expedire, non facit contra preceptum euangelij, quia non dicit hoc ecclesie, sed personae sufficienti, ut dictum est, & ideo non peccat mortaliter.

Ad 2. dicendum, quod et perfecti uiri peccarent mortaliter, si denuntians plato, uel alicui personae intendere aliquid, quod est contra intentionem precepti.

Ad 3. dicendum, quod si aliquis referat prelato culpam proximi intendens uel cautelam in futurum, uel aliquid huiusmodi quod ad emendam proximi uideret expedire, non peccat. Si autem hoc siue prelato, siue alicui amico suo ex malitia referat tunc peccat mortaliter. Quod si ex incautela alicui dixerit hoc, ita tamen quod non proueniat in de aliud uel infamia, uel uituperium proximo delinquenti, tunc non peccat mortaliter, licet incaute agat.

INCIPIT QVODLIBET DVODECIMVM. QVAESTIO I.

QVAESITVM est de rebus quae sunt supra hominem, & de rebus humanis. ¶ Circa primum quaesitum est, de Deo, de angelis, & de celo.

¶ Circa primum quaesitum est de Deo quantum ad suum esse, quantum ad suam potentiam, quantum ad eius praedestinationem.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Deo sit tantum unum esse.

CIRCA primum quaesitum est, utrum in Deo sit unum esse. Essentiale, ut præter illud sit esse in Deo esse personale. & ut quod sic, quia aliud est patris esse, aliud filium esse, & aliud spiritus sancti esse: sed esse essentialiter non est aliud, & aliud. ergo &c. ¶ 2. Præter. Proprium forma est quod dicit esse: sed in diuinis sunt tres proprietates personales, quae obtinent uicem forma: ergo &c.

CONTRA. Aug. dicit. In diuinis tantum unum esse. RESPON. Dicendum, quod ueritas fidei habet quod in diuinis solum est distinctio quae est secundum relationes oppositas, relatio autem sicut & qualibet forma habet esse se comparatione ad illud cui inest, unde esse filiationis est per comparationem ad subiectum cui inest: relatio autem in diuinis non distinguitur ab eo cui inest, uel in quo est, quia est ipsa res quae refertur, sed distinguitur solum ex parte eius cui opponitur: & ex hac parte non desideratur esse relationis, sed distinctio & oppositio eius, & ideo est in Deo unum tantum esse, scilicet essentialiter.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod esse dupliciter dicitur. Quodque non esse idem est quod actus entis, quodque autem significat compositionem enuntiationis, & sic significat actum intellectus, quomodo intelligitur quando dicitur quod aliud est esse patris, & aliud filii, non primo modo.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut & quae libet forma, paternitas facit esse. scilicet patrem, qui est diuinum esse, & facit tantum unum esse in quantum paternitas facit esse.

QVAESTIO II. ARTICVLVS II.

Vtrum Deus possit facere contradictoria esse simul uera, infinita esse simul acta.

DEINDE quaesitum est de potentia Dei. Et primo, Vtrum Deus possit facere contradictoria simul esse.

¶ Secundo, Vtrum possit facere infinita in actu.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non, & hoc non importat in Deo imperfectionem potentie, sed quia hoc non habet rationem possibilis. Nam omnis virtus actiua producit effectum sibi simile. Omne autem quod agit, agit in quantum est ens actu. ergo effectus agentis est ens actu. Quicquid ergo repugnat ei quod est esse actu, repugnat potentie actiue, quod esset, si contradictoria simul essent.

AD SECVNDVM dicendum, quod esse aliquid infinitum actu posset suspicari ex primo aspectu, quod est impossibile, quia sequeretur illud esse æquale Deo: sed hoc non sequitur, quia ei quod est infinitum omnibus modis non adequatur illi quod est infinitum vno modo. Dato. n. quod est ignis infinitus secundum magnitudinem, non adequabitur Deo, quia & si sit finitus ignis in quantitate, tamen est quid finitum specie: Deus autem omnibus modis est infinitus. Cui ergo queritur, utrum sit possibile Deo facere aliquid infinitum in actu, dicendum quod non: potentie agentis per intellectum aliquid repugnat dupliciter. Vno modo, quia repugnat potentie eius: alio modo quia repugnat modo quo agit. Primo modo, non repugnat potentie Dei absolute, quia non implicat contradictionem: sed si consideretur modus quo Deus agit, non est possibile. Deus. n. agit per intellectum, & per verbum quod est formatiuum totum, unde oportet quod omnia que agit, sint formata. Infinitum autem accipitur sicut materia sine forma: nam infinitum se tenet ex parte materie. Si ergo Deus hoc ageret, sequeretur quod opus Dei esset aliquid informe, & hoc repugnat ei per quod agit, & modo agendi: quia per verbum suum omnia agit, quo omnia formantur.

QUÆSTIO III.

ARTICVLVS IIII.

Utrum predestinatio sit certa.

DEINDE quæsitum est de predestinatione, utrum sit certa, & videtur quod non, quia possibile est predestinatum damnari, sicut Petrum si fuisset statim mortuus, quando peccauit Christum negando. Si vero dicas quod predicta locutio est de dicto uero, de re uero non. Contra, quia hoc est locum in formis separabilibus: sed hæc forma, que est predestinatio, est inseparabilis.

RESPON. Dicendum, quod predestinatio est quedam pars diuine prouidentie: prouidentia autem dicit directionem aliquorum in finem, & hæc presupponit scientiam & uoluntatem. Sic ergo predestinatio habet certitudinem ex parte scientie Dei, quod non potest falli: & ex parte uoluntatis diuine, cui non potest aliquid resistere: & ex parte prouidentie, que certissimo modo ducit ad finem, cum Deus sit sapientissimus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod predestinatio habet certitudinem, & tamen non est necessarium predestinatum saluari, sed remanet contingens. Dicitur enim, quod hæc certitudinem ex scientia, uoluntate, & prouidentia, & nullum istorum contingetiam impedit. Scientia non, quia scientia Dei est futurorum, prout sunt in presenti, & secundum hoc sunt determinata. Voluntas non, quia uoluntas Dei est principium totius entis. ergo non cadit sub ratione contingetie, uel necessitatis: sed hæc est uoluntas & ordinant ex Dei uoluntate, & sic ipsa Dei uoluntas facit quadam esse contingetiam, comparando causas contingentes illis rebus, quas uult esse contingentes: & similiter necessitas causarum & effectibus necessariis, & sic uoluntas Dei semper implet, non tamen omnia necessario eueniunt, sed eo modo quo Deus uult ea esse, & uult quod sint contingentes. Prouidentia non, quia non tollit contingetiam.

AD SECVNDVM dicendum, quod bona est distinctio. Sed ad obiectum de formis dicendum, quod aliter est de formis realibus, & aliter de predicatis, quæ important aliquid pertinens ad actum rationis, quia in primis, scilicet realibus, si in eis debeat habere locum talis distinctio, oportet inesse separationem in re: & in consideratione in secundis non requiritur, sed oportet quod res illas cadat super alia consideratione: & sic dico quod iste predestinatus potest considerari uel ut in se, uel ut diuine cognitioni relatus, & sic uno modo attribuitur ei quod possit damnari, alio modo non.

ARTICVLVS IIII.

Utrum omnia subsint fato.

DEINDE quæsitum est de fato, utrum omnia subsint fato.

RESPON. Dicendum, quod primo oportet scire quod sit fatum, & sic postea facilius patebit ad propositum. Videmus autem multa contingenter euenire, & ideo olim fuit dubium utrum ista que uariabiliter & inordinate contingunt, reducuntur in aliquam causam ordinantem: & qui dicunt non, dicunt fatum nihil esse, ut Tullius dicit. Quidam dicunt quod in aliquam causam superiorem ordinantur, & isti nominauerunt fatum a fortis, quasi hæc omnia sint præfata a quadam superiore causa. Sed horum est triplex opinio. Quidam. n. reduxerunt hoc in quandam seriem causarum, quam dicunt fatum, sicut stoici, qui dicunt quod nihil est quod non habeat causam, & postea causa necesse est ponere effectum. Si ergo euenit, uel est talis, uel talis effectus habuit causam, & hæc causa aliam causam, & sic deinceps: sicut aliquis est occisus de nocte, quia exiit domum, quare exiit domum, quia situit, quare hoc, quia falsa comedit, & sic quia comedit falsa ex necessitate moritur. Aristoteles respondet negans domino prima. Primo, quod non quicquid sit, habet causam, sed tantum quod sit per se. Quod autem ego occidat me exesite, est per accidens. Secundo, dicit quod non posita causa ponetur effectus, quia potest impediri, & ideo non sequitur, uel non stat series causarum. Alii reducunt hæc in aliam causam, scilicet in corpora celestia, ex quorum necessitate dicunt omnia accedere, unde dicunt quod fatum nihil aliud est quam uis positionis spherarum. Hæc autem opinio dupliciter est falsa. Primo, quantum ad res humanas, que proueniunt ab intellectu, qui cum sit uirtus incorporea, non subiacet actioni alicuius corporis, & ponere animam subiacere uirtuti corporum celestium, nihil aliud est, quam ponere intellectum non differre a sensu, ut dicit Phil. in 1. de anima in fine: tamen per accidens, & occasionaliter subditur anima celo in quantum intellectus afficitur per passionem corporis, non tamen ex necessitate mouetur ab eo. Secundo, quia multa in rebus naturalibus contingunt que non accidunt ex necessitate celi, sed per accidens, & non habent causam. Alii reducunt omnia hæc in causam supra celestem, scilicet in prouidentiam Dei, qua omnia sunt predestinata, & ordinata, & secundum istos fatum erit quidam effectus, prouidentie, quia prouidentia nihil aliud est quam ratio ordinis rerum, put est in mente diuina: fatum uero est explicatio illius ordinis, put est in rebus. Vnde Boet. Fatum est immobilis dispositio rebus mobilibus in herens. Sic ergo accipiendo fatum, potest dici quod omnia subiiciuntur fato. unde dicitur Osee 2. super illud. Non uocabis ultra Baalim, sed uir meus, quod idem est utrumque: sed Deus nomen hoc, quia Baalim nomen erat cuiusdam gentium, & ideo sunt uitanda nomina gentilium, cum quibus nec nomina conueniunt.

Quodlibet. S. Tho. K 2 ha.

1. p. q. 25. a. 3
ad 3. & ar. 6.
o. & ar. 8. ad
3. & ve. q. 6.
a. 3. o. & ar. 2.
24

D. 324.

Tex. ce

habere communia, & ideo Augustinus dicit. Si quis hoc modo intelligat fatum, sententiam teneat, linguam corrigat, ut non dicat fatum, sed providentiam Dei.

QVÆSTIO V.

ARTICVLVS V.

Utrum esse angeli sit accidens eius.

DEINDE quæsitum est de angelis.

¶ Et circa hoc quæsitum sunt duo.

¶ Primo, Utrum esse angeli sit accidens eius, & uideatur quod non, quia accidens intelligitur in esse alicui præexistenti: angelus autem non præexistit ipsi esse.

CONTRA Hilarius dicit &c.

RESPON. Dicendum, quod opinio Auic. fuit, quod unum & ens semper prædicant accidens. Hoc autem non est uerum, quia in unum prout conuertitur cum ente, signat substantiam rei, & similiter ipsum ens: sed unum prout est principium numeri, signat accidens. Sciendum ergo, quod unum quodque quod est in potentia & in actu, fit actu per hoc quod participat actum superiorē. Per hoc autem aliquid maxime fit actu, quod participat per similitudinem primum & purum actum. Primus autem actus est esse subsistens per se, unde completionem unum quodque recipit per hoc quod participat esse: unde esse est complementum omnis forme, quia per hoc completur quod hæt esse, & hæt esse cum est actu, & sic nulla forma est nisi per esse. Et sic dico quod esse substantiale rei non est accidens, sed actualitas cuiuslibet forme existentis siue sine materia, siue cum materia: & quia esse est complementum omnium, inde est quod proprius effectus Dei est esse, & nulla causa dat esse, nisi in quantum participat operationem diuinam, & sic proprie loquendo, non est accidens, & quod Hil. dicit, dico quod accidens dicitur large oë, quod non est pars essentie, & sic est esse in rebus creatis, quia in solo Deo esse est eius essentia.

ARTICVLVS VI.

Utrum diabolus cognoscat cogitationes hominum.

SECUNDO quæsitum est, utrum diabolus cognoscat cogitationes hominum.

RESPON. Dicendum, quod cognoscere cogitationes cordis potest contingere dupliciter, in se & per se, & in aliquo effectu. Primo solus Dei est. Hiero. 15. Præuim est cor hominis, & inscrutabile: unde nec angeli sic eas cognoscunt, cuius ratio est triplex. Una, propter debilitatem esse quod habet, eo quod supra gradum quo aliquid est ens in potentia, est gradus quo res sunt in anima. Alia ratio est, quia quod est in ueritate causæ alicuius, non potest cognosci nisi a causâ quæ nata est mouere illa: uoluntatem autem mouet solus Deus. Cum ergo omnes cogitationes dependeant a uoluntate sicut a sua causâ, solus Deus eas cognoscit. Alia ratio est, quia angeli illa quæ cognoscunt naturaliter, cognoscunt per spēs naturaliter inditas, & hæc sunt species rerum naturalium, non autem cogitationum: quia hæc non reducuntur ad causam naturalem, uel non pertinent ad cognitionem naturalium, tamen per effectus cogitationum cognoscunt cogitationes, sicut & homo facit, cum ipsi subtilius cognoscunt effectus, qui causantur ex cogitationibus. Nam secundum cogitationes homo afficitur aliqua passione, & per eas mouetur cor, & hos motus subtilius ipsi cognoscunt quæ nos, & sic aliquid cognoscunt de cogitationibus cordis, & hoc Aug. dicit in li. de diuinat. demo-

num, licet alibi dicat, quod determinare in eis talem cognitionem sit præsumptuosum.

QVÆSTIO VI.

ARTICVLVS VII.

Utrum celum, uel mundus sit æternus.

DEINDE quæsitum est de celo.

¶ Et circa hoc quæsitum fuit.

Utrum celum, uel mundus sit æternus.

RESPON. Dicendum, quod non, sed mundum incipisse est de numero eorum quæ cadunt sub fine, non sub demonstratione. Nam quæ dependet ex simplici uoluntate Dei, potest esse & non esse: & ad hoc quod non sit, non inducit aliqua necessitas ex parte Dei: diuina autem bonitas, quæ est finis rerum, potest ita esse si non sit mundus, sicut si sit mundus.

ARTICVLVS VIII.

Utrum celum sit animatum.

SECUNDO quæsitum est, utrum celum sit animatum. **R**ESPON. Dicendum, quod de hoc diuersimodo de sententiis doctores ecclesiæ. Hiero. n. dicit super celestia, quod sol est aiatus. Dam. hoc negat, & hæc differentia est apud philosophos. Platon. & Arist. ponunt corpora supercelestia animata esse. Anaxago. uero non: & ideo legitur fuisse occisus. Ego autem dico secundum Aug. 2. super Gen. ad literam, quod non refert ad fidem, utrum sic, uel aliter sit: unde hoc non determinat in Enchiridionis, quod si ponamus corpora celestia esse animata, non ideo erunt in iudicio tres ordines iudiciorum. scilicet angelorum, & hominum, & animarum, quia illæ animæ computabuntur cum angelis, & hoc sensisse uidetur ille qui fecit rationem, cum dicit Cæli colorumque uirtutes. Et ratio patet.

QVÆSTIO VII.

ARTICVLVS IX.

Utrum anima perficiat corpus immediate, uel mediante corporeitate.

DEINDE quæsitum est de homine quantum ad naturam, & quantum ad gratiam, & quantum ad culpam.

¶ Circa primum quæsitum sunt tria.

¶ Primo, Quantum ad animam.

¶ Secundo, De cognitione animæ.

¶ Tertio, de effectu cognitionis.

¶ Circa animam quæsitum sunt duo.

¶ Primo, Utrum anima perficiat corpus immediate, uel mediante corporeitate.

RESPON. Dicendum, quod in nullo corpore est nisi una forma substantialis, cuius est ratio triplex. Prima est, quia si plures, sequens non erit forma substantialis, quæ facit esse simpliciter, sed solum accidentalis, quæ facit esse hoc. Item, si sit acquisita forma substantialis, non erit generatio simpliciter. Item, quia non esset compositum ex anima & corpore unum simpliciter, sed duo simpliciter, & unum per accidens.

Si dicatur corporeitas forma corporis, corporeitas dicitur dupliciter, quandoque tres dimensiones, & hoc non est forma substantialis, sed accidens: alio quando dicitur quedam forma ex qua procedit tria dimensiones, & hæc non est alia forma specifica.

ARTICVLVS X.

Utrum anima traducatur.

SECUNDO, Utrum anima sit ex traduce.

RESPON. Dicendum, quod Au. hanc quæsitum non

nem non determinat, sed indeterminatam relinquit in lib. de ecclesi. dogma. sed ille liber non est Aug. sed Geringadii. Greg. etiam non vult determinare, credendum est tamen quod a non, & est una ratio philosophi in li. de animalib. quod impossibile est quod virtus corporea producat id quod excedit corpus, virtus autem feminis est virtus corporea. Alia ratio est 7. met. quia n. quidam posuerunt, q. formae naturales sunt ex creatione, cum materia aeris recipit formam ignis, aut inerat, & sic est latitatio, aut non inerat. ergo fit de nouo, non ex aliquo, sed ex nihilo. ergo creatur. Solutio phil. quia forma non fit, sicut nec ens, vel esse habens per se, sed fit compositum quod habet esse subsistens. Si ergo est aliqua forma quae per se subsistat, illa habet per se fieri, anima autem habet esse per se subsistens & remanet corrupto corpore, & ita oportet quod habeat suum fieri.

A siue in beatis. Item destruantur ibi habitus scientiarum, quantum ad modum scientiae, quia hic se per intelligit conuertendo se ad phantasmata propter corpus, & non solum propter hoc phantasmata indigemus, sed ad utendum huiusmodi speciebus, & iste modus non erit tunc, quia non conuertet se ad phantasmata.

ARTICVLVS XIII.

Utrum uerba humana habeant uim ad mouendum bruta.

SECUNDO, utrum uerba humana habeant uim ad mouendum bruta, puta, serpentes.

RESPON. Dicendum, quod aliquid potest habere uirtutem aliquam & secundum propriam naturam, & secundum uirtutem superioris cause. uerbi gratia, commistum ex elementis habet uirtutem unam ex natura elementorum, secundum motum predominantis elementariam habet ex corpore caelesti, sicut quod adamas attrahit ferrum, quod non reducitur ad uirtutem elementarem. Aliqui ergo dicunt, quod non solum naturalia corpora, sed artificialia sortiuntur uirtutes aliquas ex impressione corporum caelestium puta, imagines, uel figure sub certa constellatione facte: & sic hoc uerum est. quod super artificialia fit huiusmodi uirtus impressa: potest etiam dici quod uerba prolata in certo tempore habeant efficaciam mouendi, sed hoc non est uerum. Nam in rebus naturalibus omnia quae habent aliquam uirtutem ex corpore caelesti, habent illam consequentem aliquam formam: unde nihil agit ad ad speciem, nisi ex uirtute corporis caelestis, & sic forma est prius unoquoque quam uirtus ad talia. Remota ergo priori remouet posterior. Si ergo huiusmodi uirtutes attribuuntur aliquibus, oportet quod radicentur super formam aliquam: formae autem artificiales non sunt nisi figure quaedam, & ideo falsum est quod uerba, & homines, uirtutes aliquas habeant ex corpore caelesti: sed si habent aliquas, hoc habent ex spiritu immundo, quod immiscet se uerbis hominum, ut decipiat, secundum Aug. unde aliqui utuntur uerbis fabulosis, falsis, & uanis, quibus ad illudendum homines se immiscet unde omnia ista friuola & superstitiosa sunt, & imagines astronomice, in quibus si non addit aliqua expressa inuocatio demonum, tamen est ibi quidam tacitus consensus. Tamen si aliquis dicat uerba Dei, & sacra sine immutatione & fraude, sed bona & diuina intentione, non est incantatio, sed oratio. Chrysostomus super Mat. ibi. Dilatant phylacteria &c. reprehendit illos qui collo uerba euangelii suspendunt, & cum uirtute euangelii non sit in figuris literarum, sed in fide, non tamen damno illos qui super se gerunt euangelium ex deuotione, quia B. Cecilia euangelium Christi semper gerbat in pectore, sine tamen aliqua additione uel uerborum, uel characterum, uel ceterorum suspectorum.

QVODLIBET. XII. ART. XI. XII. ET. XIII.

QVODLIBET. XII. ART. XI.

ARTICVLVS XI.

Utrum intellectus humanus cognoscat singularia.

DEINDE quaesitum est de cognitione hominis, utrum intellectus humanus cognoscat singularia. RESPON. Dicendum, quod aliquid cognoscitur dupliciter, directe, & indirecte. scilicet per reflectionem. Differt autem intellectus humanus & diuinus, quia humanus non cognoscit directe singulare, diuinus autem sic: quia cognitio fit per similitudinem cogniti in cognoscente, & haec est in intellectu nostro per abstractionem a conditionibus indiuiduantibus, & a materia. Et ideo cum reata cognitio fit per speciem, ideo non cognoscit directe nisi uniuersale: intellectus autem diuinus cognoscit non per similitudinem a re acceptam, sed per extensionem suae essentiae ad res, & haec similitudo, scilicet diuina essentia in Deo est omnium quae sunt in re expressa similitudo, & ideo directe cognoscit quicquid est in re, & quod pertinet ad materiam indiuidualem. Sed quarens Philosophus, si separatus est intellectus, & cognoscit quae sunt in materia, dicit quod oportet quod hoc cognoscat, & alia, sicut formas separatas cognoscit intellectu & coniecta materia per imaginationem, aut alio modo. scilicet per extensionem, in quantum coniungit phantasma, quod representat sibi phantasma, & sic indirecte cognoscit.

QVODLIBET. XII. ART. XII.

ARTICVLVS XII.

Utrum habitus scientiae acquisitae remaneant post uitam.

DEINDE quaesitum est de affectu cognitionis, & primo utrum habitus scientiae acquisitae remaneant post hanc uitam. RESPON. Dicendum, quod circa hoc est duplex opinio quidam dicunt quod non, sequentes Auic. in 6. natural. quod species acquisitae non remanent in intellectu possibili, nisi quando in actu intelligit, quod est falsum. Nam intellectus possibilis recipit species, & retinet secundum modum suum: nisi cum ipse sit immobilis, utpote immaterialis & incorruptibilis, recipit species intelligibiles secundum modum suum, & nunquam inde recedunt: & sunt ibi etiam dum actu non intelligit, patet 3. de anima ubi dicitur, quod sunt in anima aliter, quam dum actu intelligit scilicet habitu, & sic dico quod remanent siue in damnatis,

E siue in beatis. Item destruantur ibi habitus scientiarum, quantum ad modum scientiae, quia hic se per intelligit conuertendo se ad phantasmata propter corpus, & non solum propter hoc phantasmata indigemus, sed ad utendum huiusmodi speciebus, & iste modus non erit tunc, quia non conuertet se ad phantasmata.

QVODLIBET. XII. ART. XIII.

DEINDE quaesitum est de homine quantum ad gratiam.

- ¶ Et circa hoc quaeruntur tria.
- ¶ Primo, De sacramentis.
- ¶ Secundo, De uirtutibus.
- ¶ Tertio, De officiis.
- ¶ De primo tria quaesita sunt.
- ¶ Primo, De sacramento gratiae.
- ¶ Secundo, De effectu sacramentorum.
- ¶ Tertio, De unitate ecclesiae.
- ¶ De sacramentis gratiae quaerantur duo.
- ¶ Primo, De baptismo.
- ¶ Secundo, De poenitentia.

D. 198.

Tex. co. 27.

3. p. q. 86. ar. 10. & 3. 4. c. & q. 89. c. ad 1. & 2. 4. 7. ar. 3. ad 1. & ner. q. 19. ar. 2. o. c. ar. 143. huius.

ar. 59. & i. p. q. 89. ar. 1. ad 3. & ar. 3. ad 4. & ar. 5. o. & 6. c. & 12. q. 67. ar. 2. o.

Tex. com. 8.

4. di. 34. q. 1. ar. 1. a. prin. & spi. a. 2. c.

Verum aqua habeat virtutem ad emundationem.

Vide g.p. q. 66. ar. 2. & 3. & 4. di. 3. ar. 3. q. 1.

AD PRIMUM queritur, utrum aqua habeat virtutem ad emundationem, i. utrum propria virtute mundet, vel virtute concomitante.

RESPON. Dicendum, quod duplex est opinio in huiusmodi non solum de aqua, sed de omnibus ecclesiasticis sacramentis. Quidam. n. dicunt, quod sacramenta non habent virtutem, vel vim operandi in anima, sed tantum extra, & diuina virtus concomitans facit illum effectum, & inducit exemplum. Ber. Sit aliquis episcopus, qui inuestiat aliquem de præbenda per anulum, anulus non est causa præbende, sed signum. Sed hoc non est sane dictum, quia sic non esset aliqua prærogatiua sacramentorum nouæ legis ad vetera, quia etiam in illis virtus coassistens fidei creditur in Christo veteri iustificabat.

Et ideo dicendum, quod sacramenta habent in se virtutem iustificandi, & ad alios effectus ad quos ordinantur, & non solum quod sunt signum. vnde Aug. Quæ est tanta vis aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat? Sciendum tamen, quod duplex est virtus. f. & propria, & instrumentalis, sicut patet in ferra, sic sacramenta habent virtutem instrumentalem ad spirituales effectus: quia cum sacramentum adhibetur cum inuocatione diuina, efficit hunc effectum. Et hoc est inconueniens, quia verbum, per quod omnia sacramenta virtutem habent, habuit carnem & fuit verbum Dei, & sicut caro Christi habuit virtutem instrumentalem ad faciendum miracula per conjunctionem ad verbum, ita sacramenta per conjunctionem ad Christum crucifixum & passum.

QVÆSTIO XV.

ARTICVLVS XV.

Utrum non habens curam animarum possit absolue in foro confessionis.

4. di. 13. q. 1. ar. 1. q. 3. & 3. q. 1.

DEINDE quesitum est de penitentia. Et primo, utrum non habens curam animarum possit absolue in foro confessionis.

RESPON. Dicendum, quod aliter est ei sacramentum penitentia, & aliter in quibusdam aliis sacramentis. Nam in quibusdam qui habet ordinem, potest ex hoc ipso inducere effectum sacramenti in omni casu. In illis in quibus quod est effectus sacramentorum, est res existens extra sacramentum. Vnde sacerdos degradatus & excommunicatus licet peccet, tamen consecrat, & baptizat, & similiter episcopus consecrat, quia confert caracterem. In penitentia autem non imprimitur caracter, nec effectus, nisi iustificatio penitentis, quod non potest fieri nisi per potestatem iudicariam. Non habens autem curam animarum, non habet hanc potestatem.

ARTICVLVS XVI.

Utrum liceat in aliquo casu reuelare confessionem.

SECUNDO, utrum liceat in aliquo casu reuelare confessionem.

RESPON. Dicendum quod non, nec verbo, nec facto, nec nutu, nec aliquo signo licet facere, quia est sacrilegium. Nam ita est in sacramentis nouæ legis, quod efficiunt quod figurant: effectus autem penitentia est occultatio peccatorum ab oculis Dei uiuentis, & hæc occultatio significatur per secretum confessionis. Et ideo sicut prophanaret sacramentum,

F qui conficeret corpus & sanguinem Christi de alio quàm de pane & uino: ita esset reuelans sacrilegus.

ARTICVLVS XVII.

Utrum liceat appetere episcopatum.

TERTIO, utrum liceat appetere episcopatum.

RESPON. Dicendum, quod contingit appetere prælationem dupliciter, aut propter necessitatem urgentem, aut non urgentem. Primo modo dupliciter, uel quando imponitur a superiori, uel quando non inuenitur aliquis, qui velit onus prælationis subire, tali necessitate existente meritorium est appetere. Vnde Ita. sexto. Quem mittam, & quis ibit nobis respondit. Ecce ego, mitte me, tamen ante dixit se indignum. Secundo modo. f. quando non urget necessitas, sic non licet: quia non potest carere aut uitio iniustitiæ, si velit se minore præferri maioribus: aut uitio præsumptionis, si reputet se sufficere præferri aliis. Vnde Cryf. super illud Reges gentium &c. Primatus ecclesiasticos concupiscere nec iustum, nec utile.

QVÆSTIO II.

ARTICVLVS XVIII.

Utrum comparitas causatur ex præambulis ad sacramenta.

DEINDE quesitum de effectu sacramentorum, utrum comparitas causatur ex præambulis ad sacramenta, puta, ex catechismo, & huiusmodi. & uidetur quod sic. Dicit. n. quædam Decret. q. 1. primo pabulo salis non potest fieri uxor. ergo contrahitur ibi comparitas.

Prat. Catechumenus censetur christianus: sed qui dat christianismum efficitur copater. ergo &c.

RESPON. Quidam dicunt, quod omnia illa sacramentalia sufficiunt ad causandum comparitatem. Quidam dicit, quod solum contrahitur quantum ad tria. f. in catechismo, baptismo, & confirmatione. Sed mihi videtur quod solum contrahitur in duobus. f. in baptismo, & confirmatione, quia comparitas similitudo quædam est paternitatis: paternitas autem non fit nisi in generatione, & ideo solum in illis sacramentis, in quibus est quædam generatio spiritualis, contrahitur comparitas que matrimonium impedit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illa non sunt intelligenda singillatim, sed sunt accipienda collectivè & simul, quia in omnibus illis aliquibus efficitur comparitas.

AD SECUNDUM Dicendum, quod catholicus dicitur christianus per fidem, non per baptismum quem nondum suscepit, & ille qui dat christianismum, dat sacramentum baptismi.

ARTICVLVS XIX.

Utrum una sit ecclesia que fuit in principio apostolorum, & que modo est.

DEINDE quesitum fuit, utrum sit una ecclesia, que fuit in principio tempore apostolorum, & que est modo, & uidetur quod non, quia nunc non utitur eisdem regulis. Tunc. n. prælati erant sine auro & argento in zonis suis. ergo &c.

Prat. Non legitur quod Christus, & Apostoli habuerint castra: modo autem ecclesia habet. ergo &c.

CONTRA. Mat. ult. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi: hoc autem non intelligitur nisi de Apostolis, quia omnes mortui sunt, & adhuc sæculum non est consummatum. ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod eadē est numero ecclesia que tunc erat, & que nunc est, quia eadem fides, & eadem

eadem fidei sacramenta, eadē autoritas, & eadem professio. vñ dicit Apof. Diuifus est Christus: abfit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ uerba Matth. tripliciter exponuntur. Hilar. & Ambr. exponunt scđm sensum mysticum dicentes, Nolite portare aurum &c. i. nihil in spiritualibus ministeriis auo uendatis: non duas tunicas. i. non duplicem animā habeatis. Alii exponunt ad literam, & una expositio est Aug. qui dicit q̄ illa uerba non dicuntur p̄ modum p̄cepti, sed p̄ missionis, ita q̄ qui non seruat non peccat, & qui seruat melius facit, ut sit sensus. Nolite portare. i. quādo itis ad p̄dicandū, nolite solliciti esse de expensis, quia debentur uobis a populo. Dignus est. n. operarius &c. quasi diceret. Ideo permitto q̄ non portetis, quia digni estis accipere ab aliis, quibus p̄dicatis. Paulus hoc nō seruauit, & tamen contra regulam hanc non fecit, sed supererogauit. Alia expositio est aliorum sanctorum, qui dicunt quod hęc dicta sunt p̄ceptiue, sed hoc p̄ceptum datum est non ad sp̄ seruandum, sed ad primam promissionem: bis. n. eos misit. ante passionem Iudeis. Post resurrectionem Gentibus. In prima dixit eis. In uiam gentium ne abieritis, in secunda dixit. Docete oēs gentes. In prima mandauit q̄ p̄dicta seruaent, non autem in secunda. & rō huius est: quia in prima solum mittebantur ad Iudeos, apud quos consuetum erat, q̄ magistrorum ab eis sustentarentur, & ideo sine scandalo poterant accipere, & uti potestate sibi cōcessa: apud uero Gentiles non erat huiusmodi consuetudo, quia apud eos non erant huiusmodi p̄dicatores, & ideo fuisset eis scandalum, & uisum fuisset eis q̄ pro quāstū Apostoli p̄dicarent, & ideo Paulus hoc p̄ceptum non seruauit in Gētib. & iō Dominus in secūda missione dixit. Nūc qui habet sacculum tollat similiter & peram.

AD SECVDVM dicendum, quod Aug. respondet in epistola contra Donatistas, & habetur super illud Psal. 2. Quare fremuerunt gentes. Distinguit enim diuersa tempora ecclesie. Fuit. n. tempus qñ astitērunt reges aduersus Christum, & in illo tempore non solum non dabant fidelibus, sed & eos occidebant. Aliud uero tempus est nunc, quo reges intelligunt, & eruditi seruiunt Domino Iesu Christo in timore, &c. & ideo in isto tēpore reges sunt uasalli ecclesie, & ideo est alius status ecclesie nunc, & tunc, non tamen est alia ecclesia.

QVÆSTIO XIII.

DEINDE quæsitum est de uirtutibus.

¶ Primo, De quadam uirtute intellectuāli, scilicet, de ueritate.

¶ Secundo, de uirtutibus moralibus.

¶ De ueritate quæsitum sunt duo.

¶ Primo, De fortitudine ueritatis.

¶ Secundo, De cōfirmatione ueritatis, quæ est per iuramentum.

ARTICVLVS XX.

Utrum ueritas sit fortior inter uinum, & regem, & mulierem.

Art. specul. 1. p. 1. q. 109. de uer.

AD PRIMVM quæsitum est, utrum ueritas sit fortior inter uinum, regem, & mulierem. Et utrum quod uinum, quia immutat maxime hominē. Itē q̄ rex, quia pellit hominem ad id qd̄ est difficillimum. Ad hoc qd̄ se exponat periculo mortis. Itē,

A quod mulier, quia dominatur etiam regibus.

CONTRA, Eldre. 3. Fortior est ueritas.

RESPON. Dicendum, q̄ hęc est quæstio proposita iuuenibus dissoluenda in Esdra. Sciendum ergo q̄ si consideremus ista quatuor s̄m se. i. uinum, regem, & mulierem, & ueritatem, non sunt comparabilia, quia non sunt unius generis, tamen si considerentur per comparisonem ad aliquem effectū, concurrunt in unum, & sic possunt comparari. Hic autem effectus, in quem cōueniunt & possunt, est immutatio cordis humani. Quod ergo inter ista magis immutet cor hominis, uidendum est.

Sciendum est ergo, q̄ immutatum hominis quoddam est corporale, & aliud est animale, & hoc est duplex, sensibile & intelligibile. Intelligibile est duplex. i. practicum & speculatiuū. Inter ea autē quæ pertinent ad immutata naturaliter s̄m dispositionem corporis, hēt excellentiam uinum, quod facit per temulentiam loqui. Inter ea quæ pertinent ad immutandum appetitum sensitiuum, excellentior est delectatio, & p̄cipue circa uenerea, & sic mulier est fortior. Item in practicis & in rebus humanis, quæ possunt hoc facere, maximam potestatem habet rex. In speculatiuis summum & potentissimum est ueritas: nūc autē uires corporales subiiciuntur uiribus animalibus, uires animales inelle ctualib. & intellectuāles p̄ctice speculatiuis. & iō simplr ueritas dignior est, & excellentior, & fortior.

ARTICVLVS XXI.

Utrum accipiens doctrinam alicuius experimenti sub iuramento non communicandi teneatur seruare iuramentum.

SECUNDO queritur, utrum accipiens doctrinā alicuius experimenti sub iuramento non communicandi, teneatur seruare iuramentum. & uideatur q̄ sic, quia sic obligatus non debet facere aliquid quod uergat in detrimentum illius qui dedit, uel qui docuit: hoc autem esset si aliis communicaret, ergo &c.

¶ 2. Præ. Communicare tale experimentum, non tenetur ex parte salutis aeternæ alicui. Cum ergo nō teneatur alteri communicare, non debet sic obligatus communicare.

CONTRA. Non communicare salubre remedium, siue quodcumque bonum, est contra charitatem. ergo &c.

RESPON. Alter dicendum est hic simpliciter, & aliter in casu. Simpliciter loquendo non tenetur, sed male fecit iurando. Iuramentum. n. nō solum amittit vim qñ iuramentum est illicitum, sed et qñ iurando peiorat: quia iuramentum obligans debet habere iudicium, iustitiam, & ueritatem: sed & si iuro quandoq; aliquid quod licet mihi non facere, puta, non ire ad ecclesiam, non licet tamen iurare, quia licet sit mihi licitum pro aliquo tempore facere, uel dimittere huiusmodi bonum quod est ad ecclesiam ire, non tamen licet mihi iurum interponere, & alium obfirmare ad aliquod bonum non faciendum, q̄ hoc est facere cōtra Spiritū sanctum. & ideo iurum contra oēs id quod est iudice genere bonorū est illicitum, & non seruandum: tamē in casu seruare tenetur, puta, si ille, uel alius sufficiens medicus præsens esset, & paratus esset curare, & uti illo experimento in salutem corporalem aliorum.

Et sic patet solutio ad obiecta.

QVÆSTIO XV.

DEINDE quæsitum est de uirtutibus moralibus.

¶ Et primo, De uirtutibus secundum se.

¶ Secundo, Specialiter de quodam actu iustitiæ, scilicet de restitutione.

ARTI-

Vtrum uirtutes morales sint connexę.

17. q. 73. a. 7.
6. & 12. q. 85.
ar. 10. 2. c. 23.
q. 146. a. 4. 0.
ma. 10. q. 147.
5. ad 4.

AD PRIMVM quæsitum est, vtrum uirtutes morales sint connexę. Et uidetur q̄ non, quia acquiruntur ex actibus, qui sunt diuisi & distincti. ergo potest acquiri una uirtus sine alia.

¶ 2 Præ. Aug. dicit. Nihil contra diuinam essentiam dicit, qui dicit quod qui habet unam, non habet omnes.

¶ 3 Præ. Virtutes habentur ex consuetudine, quę requirit tempus.

RESPON. Dicendum secundum omnes sanctos q̄ sic: sed loquendo de uirtutibus in communi duplex ratio assignat a diuersis, s̄m quod diuersimode locuti sunt de uirtutibus. Virtutes enim cardinales dupliciter accipiuntur ab aliquibus. Quidam. n. dicunt uirtutes esse quosdã modos generales qui requiruntur in omni uirtute, puta, quod fortitudo est quęcumque firmitas animi in quibuscumque rebus, temperantia est moderantia animi in omnibus rebus, & sic de aliis. Et secundum istos necesse est quod uirtutes sint connexę, quia isti modi generales requiruntur in omni uirtute, & si aliquod horum defuerit, non est uirtus aliqua; quia si temperantia rectitudinem non habeat quę est iustitia, vel non habeat animi firmitatem quę est fortitudo, & sic de aliis, non est uirtus, & hunc modum Aug. ponit 3. de tri. & magis in 3. sent. Alii autem accipiunt distinctionem harum uirtutum secundum determinatas materias, sicut Arist. & peripatetici: unde prudentia secundum philosophum non est recta rō in omnibus, sed solum in agibilibus. Similiter iustitia nō dicit rectitudinem animi circa inquisitionem & actiones humanas, quę sunt ad alterũ. Fortitudo etiam dicit firmitatem animi nō circa omnia, sed circa ea in quibus est difficillimum animũ fortē habere. s̄ circa pericula quę sunt in bellis. Temperantia uero est circa ea in quibus difficillimũ est animum moderare. s̄ circa delectationes gustus, & tactus, quę sunt maxime delectationes, nō in quibuscũque aliis cōcupiscētiis, sicut scientię, vel pecunię: & sic etiam loquēdo de uirtutibus, uirtutes morales sunt cōnexę, cuius connexionis ratio accipitur s̄m Phil. ex parte prudentię, quia nulla uirtus potest haberi sine prudentia, & impossibile est habere prudentiam sine uirtutibus moralibus, cuius ratio est, quia prudentia nihil aliud est quam recta ratio agibilium. Impossibile est autem rectam rōnem habere circa aliquod, nisi ex recta rōne circa principia: principia autē agibilium sūt fines uirtutum, & circa fines uirtutum nullus bene se habet nisi per habitum illius uirtutis, & sic necesse est quod prudentia habeat secum alias uirtutes morales. Similiter alie non possunt haberi sine prudentia. Potest

K enim aliquis habere inclinationem naturalem ad actus alicuius uirtutis sine prudentia: & quāto habet maiorem inclinationem sine habitu uirtutis, tāto peius est, & plus impingere potest sine prudentia, sicut patet de illo qui habet fortitudinem naturalem sine discretionē, & prudentia. & ideo dicit Greg. Ceterę uirtutes nisi ea quę agunt, prudenter agant &c. Est & alia ratio connexionis in uirtutibus, gratuita propter charitatem, in qua connectuntur, quia qui habet charitatē, habet omnes uirtutes gratuitas, & similiter qui habet unam, habet charitatem.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod actus nō sūt

F diuisi secundum uirtutes, quia non potest esse actus temperantię sine actu fortitudinis, nec fortitudinis nisi cum actu temperantię &c.

AD II. dicendum, quod hoc dicitur, quia nō probatur per auctoritatem Biblię.

AD III. dicendum, quod non dicuntur morales a consuetudine, sed amore: & dato quod indigant tempore, tamen non habebit uirtutem nisi sit prudens.

QVÆSTIO XVI.

DEINDE quæsitum est de restitutione, quę est actus iustitię.

¶ Et circa hoc quæsta sunt tria.

¶ Primo, De illis qui pp partes sunt extra ciuitates.

¶ Secundo, De eo qui mala fide longo tēpore præscripsit.

¶ Tertio, de eo qui aliena consumpsit.

ARTICVLVS XXIII.

Vtrum expulsi propter partes, possint expetere bona sua ab illis qui sunt in ciuitate manentes.

CIRCA primum quæritur, vtrum expulsi pp partes, possint expetere bona sua ab illis qui sunt in ciuitate manentes. & uidetur quod non: quia multi de his, qui sunt in ciuitate, culpam non habuerunt ad eorum expulsionem, & sic punirentur aliqui pro culpa alterius.

¶ 2 Præ. Expulsi fuerunt contra partem Ecclesię, & sic iustum bellum, ergo actio est contra eos, & sic damna eis non sunt restituenda.

¶ 2 Præ. Secundum Philo. cum mutatur ordo ciuitatis, non remanet eadem ciuitas: sed cum mutatur dominium & principatus, mutatur ordo, & sic nō est eadem ciuitas, ergo expulsi non pertinent amodo ad ciuitatem quę prius erat, ergo non tenentur eis ad restitutionem.

CONTRA. Qui spoliatur a rapitore, potest repetere, & accipere ea quę sunt sibi ablata, ergo & illi expulsi.

RESPON. Dicendum, quod aut sunt expulsi iniuste, sicut, propter eorum culpam, & si non possunt repetere amissa: aut iniuste, id est, sine culpa, & sine debito ordine iustitię, & sic possunt repetere. Si autem habent superiorem, debent per superiorem petere sibi restitui: si autem non habent superiorem, ipsi met possunt, si possunt, recuperare.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non puniuntur sic aliqui pro peccato alterius, sed pro suo: quia maiores omnia faciunt auctoritate & fauore populi, & sic populus in fauendo maioribus, sinit in culpa.

¶ 2 Præ. Illud intelligitur de poena spirituali, quia nullus puniuntur sine propria culpa, non de corporali, quę frequenter unus pro alio puniuntur.

AD II. dicendum, q̄ in quantum iniuste agunt, sūt pro ecclesia, in quantum iniuste contra ecclesiam.

AD III. dicendum, quod si sunt eadem personę, manifestum est quod tenentur sibi: alie omnino non tenentur.

ARTICVLVS XXIIII.

Vtrum ille qui mala fide præscripsit, teneatur ad restitutionem.

SECUNDO quærebatur, vtrum ille qui mala fide præscripsit, teneatur ad restitutionem, & uideatur quod non: quia lex dicit, quod qui etiam mala fide præscribit, acquirit dominium.

CON-

CONTRA. Decret. dicit quod tenetur, nec acquirit dominium.

RESPON. Dicendum, quod circa hoc est contrarietas iuris civilis & canonici, quia secundum ius civile talis prescriptio tenet, secundum ius canonicum talis prescriptio non potest. Et ratio huius contrarietatis est, quia alius est finis quem intendit civilis legislator, spacem servare, & stare inter civis, quae impeditur si prescriptio non curreret: quicumque enim vellet, posset venire & dicere, Istud fuit meum quocumque tempore. Finis autem iuris canonici tendit ad quietem ecclesiae, & salutem animarum, nullus autem in peccato salvari potest, nec penitere de damno, vel de alieno, nisi recompenset.

Et ideo dicendum est, quod si quis praescribat bona fide possidendo, non tenetur ad restitutionem, etiam si sciat alienum fuisse post prescriptionem: quia lex potest aliquem pro peccato & negligentia punire in re sua, & illam alteri dare & concedere: sed qui mala fide praescribit, tenetur emendare, & satisfacere reddendo damnum quod intulit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod verum est quod omnia sunt principium ad gubernandum, non ad retinendum sibi, vel ad dandum aliis: & si quae leges tales sunt, tyrannicae sunt, & non absolvent a conscientia, sed a foro iudiciali, & violentia.

ARTICVLVS XXV.

Utrum ille qui rem alienam consumpsit, teneatur ad restitutionem.

21. q. 63. art. 2. o. & q. 79. art. 3. ad 2.

TERTIO quaeritur, utrum ille qui rem alienam consumpsit, teneatur ad restitutionem: & videtur quod non: quia ille, cuius res fuerat, non habet actionem in consumptorem, intellige si ius habet casum in prescriptione.

CONTRA. Ille mala fide possedit alienum quod consumpsit.

4. dist. 19. q. 2. art. 5. q. 2. o.

RESPON. Dicendum, quod tenetur, cuius ratio est, quia quilibet tenetur ad faciendum iustitiam alteri. Constat autem iustitia in quadam aequalitate: unde nisi reintegretur aequalitas, non potest aliquis esse iustus: inaequalitas autem fuit quod consumpsit rem non suam, & ideo oportet quod reddat.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod licet non habeat actionem in eum qui consumpsit secundum ius civile, habet tamen secundum ius diuinum, cuius finis est salus animarum, & ideo repugnat.

QV AESTIO XVII.

DEINDE quaesita sunt de officiis quatuor.

¶ **Primo**, De officio expositorum sacrae scripturae.

¶ **Secundo**, De officio praedicatorum.

¶ **Tertio**, De officio confessorum.

¶ **Quarto**, De officio vicariorum.

ARTICVLVS XXVI.

Utrum omnia quae doctores sancti dixerunt, sint a Spiritu sancto.

AD PRIMUM quaesitum est, utrum omnia quae doctores sancti dixerunt, sint a Spiritu sancto, & videtur quod non, quia in suis dictis sunt aliqua falsa, nam in suis expositionibus quandoque dissonant: non potest autem esse verum quod dissimile, vel dissonum est, quia utraq; pars contradictionis non potest esse vera.

CONTRA. Ad eundem pertinet facere aliquid propter finem, & perducere ad illum finem: sed finis

scripturae, quae est a Spiritu sancto, est eruditio hominum: haec autem eruditio hominum ex scripturis non potest esse, nisi per expositiones sanctorum, ergo expositiones sanctorum sunt a Spiritu sancto.

RESPON. Dicendum, quod ab eodem Spiritu scripturae sunt expositae & editae. Vnde dicitur 1. ad Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quae Dei sunt, spiritualis autem &c. & percipit quantum ad ea quae sunt fidei, quia fides donum Dei est: & ideo interpretatio sermonum numeratur inter alia dona Spiritus sancti. 1. ad Cor. 12.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod gratiae gratis datae non sunt habitus, sed sunt quidam motus a Spiritu sancto, alias si essent habitus, propheta quando vellet per donum prophetiae reuelationem haberet, quod falsum est: & ideo de aliquibus occultis reuelandis aliquando tangitur mens a Spiritu sancto, & aliquando non, sed aliqua eis occultantur, unde dixit Heliseus 4. Reg. 3. Et Dominus celauit a me: Aliquando etiam aliqua dicunt a scriptis, sicut patet de Natham, qui consuluit Dauid quod aedificaret templum, postea autem a Domino repraesentatus & quasi retractus prohibuit hoc ipsi Dauid ex parte Dei. Hoc tamen tenendum est, quod quicquid in sacra scriptura continetur, verum est, alias qui contra hoc sentiret, esset hereticus. Expositores autem in aliis, quae non sunt fidei, multa ex suo sensu dixerunt, & ideo in his poterant errare, tamen dicta expositorum necessitatem non inducunt, quod necesse sit eis credere, sed solum scriptura canonica, quae in veteri & in nouo testamento est.

QV AESTIO XVIII.

ARTICVLVS XXVII.

Utrum aliquis possit predicare propria autoritate.

DEINDE quaesitum est de praedicatoribus.

¶ **Et circa hoc quaesita sunt duo.**

¶ **Primo**, Utrum aliquis possit predicare propria autoritate, ita ut liceat predicare sine licentia praelati. Et videtur quod sic, quia predicare est bonum alii facere: sed debemus bonum operari ad omnes ad Gal. 6. ergo &c.

¶ **2. Praet.** Dicitur Ecc. 17. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo, ergo &c.

CONTRA. Ad Ro. 10. Quomodo predicabunt, nisi mittantur? ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod nullus quantumcumque scientiae magne, vel quantumcumque sanctitatis, nisi missus a Deo, uel a praelato predicare potest, quia nullum agens natum est agere nisi supra debitam materiam: praedicationis autem & exhortatio, & doctrina si sit publica respiciens totam ecclesiam, & cura publica ecclesiae, commissa est praelatis: & ideo nullus debet aliquid exercere quod requirat autoritatem publicam, nisi praelati.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cuiuslibet licet facere bonum sibi proportionatum, non autem quodecumque bonum.

AD II. Dicendum, quod mandauit Deus monere proximum priuata monitione, & familiari.

ARTICVLVS XXVIII.

Utrum aliquis prohibitus a principe seculari, debeat dimittere praedicationem.

SECUNDO, utrum aliquis prohibitus a principe seculari, debeat dimittere praedicationem. Et videtur

4. dist. 19. dist. 2. art. 3. q. 2. ad 5.

convertit in res temporales, sicut cum aperit libros pro temporalibus, vel quando de eo quod est supra nos, sicut quando quis non concordat, quia hoc est facere iniuriam Spiritui sancto, qui creditur firmiter esse in Ecclesia, uel in collegiis, tamē in electione secularium nihil prohibet fortibus uti.

Secundo, de retentione superfluum, utrum ille qui non dat superfluum, quod habet, pro Deo peccet. Dicit enim Aug. quod qui retinet &c. sicut supra in 8. quolibet 3. de perplexitate, utrum aliquis possit esse perplexus.

ARTICVLVS XXXVI.

Verum aliquis religiosus expelli debeat propter peccatum de religione.

Quod si quaesitum est de penis. Et primo, De pena temporalis, utrum aliquis

religiosus expelli debeat propter peccatum de religione, si sit paratus corrigi, & sustinere penam.

Respon. Dicendum, quod Apostolus dicit. Auferre malum ex uobis ipsis: modicum. n. firmatum &c. Auferitur autem aliquis aut per penam corporalem & per hoc manifestum est quod auferitur etiam ille qui uellet penitere quantumcumque peccat, quantumcumque peccat, vel per penam spiritualem, & hoc Ecclesia non facit, nisi quis esset contumax. Et ratio huius est, quia per penam corporalem auferitur aliquod temporale, quod potest recompensari per aliquod maius bonum: sed bonum spirituale quod amittitur, non potest recompensari, & ideo non debet religio infligere talem penam quandiu uult corrigi: quoniam sicut est excommunicatio in Ecclesia, ita est expulsio a religione. Et ideo dicendum, quod nullus est nisi propter contumaciam expellendus, sed est sequendus in carcere, uel alio modo.

F I N I S.

Series Cartarum.

A B C D E F G H I K.

Omnes sunt Quaterniones, praeter K qui est Ternio.

W. H. Theod. pad.



ib. Coll. Soc. Jesu Paderborn. ae. 1610.
VENETIIS, M D X C I I I.

Apud Dominicum Nicolinum.